

INVENTAIRE DES ACTES

Cote F04 - DEPOSITIONS du 18 août 1447

(un parchemin de 126 x 23 cm, formé de 3 pièces cousues, avec découpe au pied pour les lacs, en très bon état)

Hec sunt depositiones dicta que attestaciones testium per nobilem virum Ludovicum Jauberti domicellum ad probandam quandam eius exceptionem per ipsum inscriptis adversus et contra nobilem virum dominum de Linars militem actorem indicta exceptione nominatim die jovis decima quinta mensis junii anno domino millesimo quadringentesimo quadragésimo septimo tradidam productorum et per nos Petrum Disnemandi in legibus licenciatiem locum tenentem honorabilis viri magistri Johanne Barthonis conciliarii domini nostri regis custodis sigilli autentici in baylivia lemovicensi pro domino nostro francie rege constituti vocato nobiscum et presente magistro Michaele de Lespinaco clerico dictique sigilli commissario et jurato clerico discreti viri magistri Andre Deposse scriba dicta curia sive audientia sigilli et loco ipsius scribe substituto examinatorum qui vero testis diligenter secreto successive et ad partem super contentis indicta exceptione videlicet super articulis signatis ad latius per testes super quibus petiti fuerunt examinati et interrogati deposuerunt provi in eorum subscriptis depositionibus continetur et fuerunt examinati testes subscripti per nos locumtem pressatum una cum dicto clerico substituto super dicta exceptione die decimo octavo mensis augusti anno domini millesimo quadringentesimo quadragésimo septimo.

Johannes Solier de Las Escuras parrochie Sancti Boneti etatis sexaginta decem annorum vel circa ut dixit testis productus juratus et per juramentum suum super contentis in secundo quarto quinto septimo et undecimo articulis dicte exceptionis tradite per partem dicti Ludovici Jauberti domicelli contra nobilem virum dominum de Linars militem actorem et primo super contentis in secundo et quarto articulis eiusdem exceptionis dixit et deposuit quod super scit nemus in pradicta exceptione confrontatum scitum in parochia d'Ayguapersa vocatum nemus deu Jaubert inter nemus de Combreti ex una parte et nemus de Fondedoza ex alia et nemus quod fuit de Castro Novo aut de Petrabufferia alias certius nescit dicere nomen dicti nemoris quod tenet dictus Ludovicus ex altera parte dicens ulterius dictus testis se habere memoriam quadragenta annorum et ultra et vidit quondam Martialem Jauberti tenere dictum nemus in exceptione declaratum toto tempore memoria ipsius testis et post eius decessum dicti Martialis Jauberti qui sunt bene triginta anni vel circa quibus decessit ab humanis relictis et superstitibus Ludovico Jauberti et Johanne Jauberti filiis dicti quondam Martialis qui tenuerent et possederent dictum nemus superius confrontatum paciffice et quicte francum et liberum tamquam suum sine praestatione quinque solidum et duodecim denarium dicto domino de Linars quod ipse testis sciverit nec dici audiverit super contentis in quinto et septimo articulis dicte exceptionis dixit et deposuit quod Martialis Jauberti pater naturalis et legitimus dicti Ludovici Jauberti et dicti Johannes eius fratris existens in possessione dicti nemoris ab humanis decessit relictis et superstitibus dictis Ludovico et Johanne fratribus filius naturalibus et legitimis et heredibus universalibus dicti Martialis qui pro talibus se gesserent tenuerent et reputaverunt et fuerunt tenti et reputati in villa d'Ayguaperse et alibi et tenuerunt dictum nemus superius confrontatum sine perceptione seu levatione quinque solidum quod ipse testis sciverit nec unquam dici audiverit et nil aliud se scive dixit super contentis in dictis articulis diligenter inquisibus

super contentis vero in undecimo articulo dixit se nihil scive nisi ea qua supra deposuit qua sunt vera et ad ea se refere diligenter interrogatus.

Petrus Solier de Las Escuras parochia Sancti Boneti aetatis quinquaginta quinque annorum vel circa ut dixit testis productus juratus super Juramentum suum super contentis in secundo quarto quinto septimo et undecimo articulis exceptionis pradicte tradice per partem dicti Ludovici Jauberti domicelli adversus et contra pradicatum dominum de Linars militem actorem et prima super contentis in secunda et quarto articulis dicta exceptionis dixit et deposuit quod ipse scit nemus in pradicta exceptione confrontatum scitum in parochia de Aqueparsi vocatum nemus de Jaubert inter nemus de Combret ex una parte et nemus de Fondedoza ex alia et nemus quod fuit domini de Castro Novo quod nunc tenet dictus Ludovicus ex alia parte dicens ulterius dictus testis quod ipse vidit quod quondam Martialis Jauberti pater dicti Ludovici Jauberti tenebat et possidebat dictum nemus superius confrontatum francum et liberum a prastatione seu sevatione quinque solidonem et duodecim denariorum de accaptamentis petitum per dictum dominum militem actorum saltem quod ipse testis scivent nec dici audiverit et hoc est quod se scive dixit super contentis in dictis articulis diligenter interrogatus super contentis in quinto et septimo articulis dicta exceptionis dixit quod Martialis Jauberti pater naturalis et legitimus dictorum Ludovicus et Johannes fratrum existens in possessione dicti nemoris sunt viginti quatuor anni vel circa quod ab humanis decessit relictis et superstitibus dicto Ludovico et dicto fratre suo filiis suis naturalibus et legitimis et heredibus universalibus et qui pro haerede se gesserent tenuerent et reputaverent et sunt tenti et reputi in loco de Aquispersis et alibi ubi habetur noticia depraesmissis super contentis in undecimo dixit et deposuit se nihil aliud scive nisi ea qua supra deposuit qua sunt vera pro ut ea deposuit atque se refere.

Johannis Chameyras D'Aygueperse aetatis quinquaginta annorum vel circa ut dixit testis productus juratus et per juramentum suum super contentis in secundo quarto quinto septimo et undecimo articulis exceptionis tradicta per partem dicti Ludovici Jauberti domicelli contra dictum militem actorem et primo super contentis in secunda et quarto articulis dicta exceptionis dixit et deposuit se scive quoddam nemus vocatum nemus de Jaubert scitum inter nemus de Combret ex una parte et nemus de Fondadoza ex alia et nemus quod fuit domini de Castro Novo et nunc tenet dictus Ludovicus Jauberti ex reliqua parte et dixit dictus testis quod vidit tenere dictum nemus superius confrontatum per Martialem Jauberti toto tempore memorie ipsius testis sunt bene quadrigenta anni elapsi francum et liberum a prastatione quinque solidorum et duodecim denariorum dicens ulterius quod sunt bene trigenta anni ut circa elapsi quod Martialis Jauberti existens in bona possessione dicti nemoris decessit ab humanis relictis et superstitibus dicto Ludovico et Johanne Jauberti eius fratre filius suis naturalibus et legitimis et heredibus universalibus dicti Martialis et tenuerent et possedaverunt et nunc tenent et possident dicuts nemus superius declaratum francum et liberum a prastatione quinque solidorum et duodecim denariorum de accaptamentis dempto quod sunt bene viginti anni vel circa quod ipse testis vidit quod dictus Ludovicus Jauberti qui morabatim penes dictum testem quadam die de qua non recordatum dixit Johanni Gay de Aquispersis quod accederet secum penes dictum dominum de Linars qui Ludovicus et Johannes accesserunt et dum revercerunt dixerunt dicto testi quia non se posuerunt accordare. Interrogatus dictus testis si dictum debatum erat de dicto memore dixit quod ita quia audivit dici dicti Ludovico Jauberti hac verba aut similia in effectu : « *Mosr de Linars me demanda renda sobre aquest bost mai per ma fe jamais ne en payey ny nen ay vegut payas à mon payr ny à home que s'ya* » et super hoc etiam deposuit super contentis in libello dicti Ludovici Jauberti adquamdepositione se reffere et nil aliud sestere deposuit super contentis in dicte articulis diligentum super eisdem inquisitus super contentis vero in quinto sexto et undecimo articulis dicta exceptionis dixit se nihil aliud scive nisi ea qua supra deposuit qua sunt vera et ad ea se refere diligenter interrogatus.

Philipus Solier de Peyraficha parochia Sancti Boneti aetatis sexaginta annorum vel circa testis productus juratus et per juramentum suum supra contentis in secunda quarto quinto septimo et undecimo articulis exceptionis predictae tradite per partem dicti Ludovici Jauberti contra dictum militem dixit et deposuit quod ipse scit quoddam nemus vocatum nemus Jaubert inter nemus de Combret ex una parte nemus de Fondadoza et nemus domini de Castro Novo aut de Petrabuffiera ex alia quia certum nescit et dictum nemus vidit tenere per quondam Martialem Jauberti tempore quo vivebat toto tempore memoria ipsius testis francum et liberum a prestatione sive levatione quinque solidorum rendualium dicte domino de Linars militi saltem quod ipse testis scivent ne dicti audiverit super contentis in quinto et septimo articulis dixit et deposuit idem testis quod sunt bene viginti quinque anni elapsi et ultra quod Martialis Jauberti pater dicti Ludovici Jauberti existens in bona possessione dicti nemoris ab humanis decessit relictis et superstitibus domino Ludovico Jauberti et Johanni Jauberti eius fratre filis suis naturalibus et legitimis et heredibus universalibus dicti Martialis Jauberti et dicti fratris post mortem dicti eorum patris tenuerent et possederent dictum nemus superius confrontatum francum et liberum a prestatione seu levatione quinque solidorum et duodecim denariorum de acceptamentis petitionem per dictum Johannem de Gainh quod ipse testis scivent nec dici audeverit et nihil aliud se scive dixit super contentis in dictis articulis diligenter interrogatus super contentis un undecimo articulo dixit se nihil aliud scive nisi ea qua supra deposuit qua sunt vera et ad qua se refert diligenter inquisitus.